

nia in orbe altero posita, ex qua in nostram tanto tempore, et tanta cum difficultate merces importantur, ea omnia abundantius multo, quæ nobis confinis est, Florida præberet.

ALFARUS.

Fiet id spero aliquando.

ZAMORA.

Fiet cum primum visum fuerit Cæsari, que nunquam solet magna sine magno etiam consilio aggredi. Cætera vero quæ ad cælum solumque Novæ Hispaniæ pertinent, quoniam non nisi multis explicari possunt, latius ac melius ex Novi hujus Orbis Geographia, quæ auctore Joannote Durano, viro ea in re absolutissimo, brevissime prodibit in lucem, intelliges et cognosces. De moribus autem et institutis indorum, quantum temporis angustia patietur, nam et advesperascit et prope est civitas, Zuazus, qui tamdiu tacuit, et diligens est rerum indagator, ut semper facit, et eleganter et vere disseret.

ALFARUS.

Id te rogo, Zuaze, facias.....

(Desiderantur paginæ duæ.)

[ZUAZUS.]

..... otiosus viveret, omnium maxime curabant principes: intelligentes nimirum non posse non male agere qui otiosus fuerit. Magnatum et regum superba nimium palatia, plebis contra depressa et humilia erant domicilia; pleraque ex crudis lateribus, ut nunc, procul inter se posita et absque ulla serie. Metu magis quam amore eos parere, dixit sæpe Moteczuma; quod esse verum experientia declarat. Jumentorum nullus illis usus fuit: humeris

España, situada en el viejo continente, de donde nos vienen las mercancías con tanto retardo y dificultad, se traeria de la Florida, confinante con nosotros, donde todo abunda mucho más.

ALFARO.

Confio en que así se verificará algun día.

ZAMORA.

Será tan pronto como lo determine el Emperador, que no acostumbra acometer las grandes empresas sin madura reflexion. Lo demas que toca al clima y suelo de la Nueva España, y de que no seria posible dar noticia sin alargarse demasiado, lo puedes ver mejor y con más extension en la Geografia de este Nuevo Mundo que muy pronto dará á luz Juanoto Durán, persona versadísima en ello. De las costumbres y leyes de los indios, Zuazo, que hasta ahora ha callado, y es diligente investigador de esas cosas, podrá informarte con verdad y elegancia, como acostumbra, aunque con la brevedad que pide la escasez de tiempo, pues comienza á anochechar y estamos cerca de la ciudad.

ALFARO.

Ruégote, Zuazo, que así lo hagas.....

(Faltan dos páginas del original.)

[ZUAZO.]

Los reyes cuidaban sobre todo de que [nadie] estuviese ocioso, sabiendo que era imposible dejase de obrar mal el que viviese en la ociosidad. Los palacios de los reyes y principales eran sumamente magníficos, y por el contrario humildes y bajas las casas de los pobres, apartadas como ahora, y sin órden alguno. Muchas veces dijo Moteczuma que obedecian más por temor que por amor, lo cual ha confirmado la experiencia. No conocian las bestias

ac tergo, ex plebe viri fœminæque a capite pendentia pondera deferebant, quo in usu a teneris assuevere. Uxores habebant quas possent alerē, sed in ipsis unam præcipuam, ex qua, veluti ex justis nuptiis, liberi legitimi et hæredes nascebantur. Calidissimis, pipere quodam, quod *axi* dicitur, conditis, cibis vescebantur: vinum ipsis, quod vehementius quam nostrum inebriat, ex radicibus Maguey fuit, quo e potu mente capti, nefanda quæque tentabant. Pedibus pugnabant, nam equos numquam viderunt: rati que sunt, cum primum hispanos equites conspexere, ut sederent ita natos esse: cibosque postea eosdem quos insedentibus, equis porrigebant. Pro ensibus *macanis* ex ligno gladiis, utrinque ad cuspidem insertis novaculis, utebantur: clypeis se protegentes; ictus excipiebant: nudi decertabant. Monticulis, aut nativis aut manufactis, pro arcibus et castellis se adversus hostes muniebant: in bello mori magnificum ducentes. Litterarum loco, animalium figuras, papyris quibusdam exaratas, Ægyptios imitati, ad absentes missitabant. Aperto capite, sine calceis et nudatis tibiis, nisi primarii viri forent, cuncti incedebant. Quominus autem quemadmodum cœpi in reliquis pergam, quæ sermonem dirimit nox impedit. Quare dabis veniam, potius temporis brevitati quam animo in te meo, et quæ sunt alia, dum expectas in crastinum, cum Zamora felix abi: nam istac mihi domum eundum est.


ALFARUS.

Bene igitur vale.

de carga: los hombres y mujeres del pueblo llevaban las cargas sobre la espalda, pendientes de la cabeza, á lo cual se acostumbraban desde pequeños. Tenian cuantas mujeres podian mantener; pero entre ellas una era la principal, cuyos hijos eran los legítimos y herederos, como si nacieran de matrimonio. Usaban alimentos muy cálidos, condimentados con una especie de pimienta que llaman *aji*. De las raíces del maguey sacaban un vino que embriaga más que el nuestro; y trastornados con esa bebida, intentaban toda suerte de crímenes. Peleaban á pié, porque no conocieron los caballos. Cuando vieron por primera vez los jinetes españoles, pensaron que eran así por naturaleza, de suerte que luego ofrecieron á los caballos la misma comida que á los jinetes. En vez de espadas usaban *macanas* de madera, con navajas de pedernal encajadas por ambos lados hasta la punta, y se servian de rodela para resguardarse: peleaban desnudos. Para hacerse fuertes contra los enemigos, aprovechábanse de cerros naturales ó hechos á mano, como de fortalezas ó castillos, teniendo á gran honra morir en la guerra. Se comunicaban con los ausentes, no por medio de letras, sino de figuras de animales pintadas en ciertos papeles, á imitacion de los Egipcios. Todos, excepto los principales, andaban con la cabeza descubierta, y descalzos de pié y pierna.—La noche, que corta nuestra conversacion, me impide continuar como habia comenzado. Así pues, me harás favor de excusarme, más por falta de tiempo, que de buena voluntad; y mientras aguardas á mañana para lo que resta, ve con Zamora en ahora buena, pues desde aquí tengo que irme á casa.

ALFARO.

Pues que te vaya bien.




ALFONSUS GUMEZIUS ALFARUS

FRANCISCI CERVANTIS SALAZARI DISCIPULUS,

LECTORI SALUTEM.

Damnabit aliquis scio, candide Lector, præceptorem minime pœnitendum Cervantem Salazarum, quod aut non elegantioribus characteribus, aut correctiori orthographia, ampliorique forma hoc suum opus evulgari passus fuerit. Cur culpam omnino deprece-mur non invenio, cum purgatius prodire in medium potuisset; eamdem confiteri prorsus, cum elevari possit, inhumanum etiam existimo. Noverit igitur quicumque mordere voluerit, meliores characteres non fuisse datos, et Cervantem Salazarum theologicis studiis, quibus modo incumbit, et tradenda Rhetorica, cujus est professor, scribendis-que aliis multo gravioribus operibus distractum, chalcographicam officinam nunquam fuisse ingressum; dictantem pleraque successivis horis quæ ad Vivem reperies addita, quæ cum præter opinionem crescerent, justo crassius factum est volumen. Responsum est ad omnia, et quidem vere, ita me Deus amet. Tu jam qui hactenus institutorem culpasti, una mecum in posterum defende; nam qui idem quod ipse subscripsi asserant sunt ejus discipuli, et qui cum eo familiariter egerunt: sunt autem plurimi et locupletissimi testes. Bene vale.




ALFONSO GOMEZ ALFARO,

DISCIPULO DE FRANCISCO CERVANTES SALAZAR,

AL LECTOR.

Sé, amigo Lector, que no faltará quien censure á un profesor distinguido, como Cervántes Salazar, por no haber estorbado que esta obra suya viera la luz pública, á no ser impresa con caracteres mas elegantes, con mejor ortografía y en tamaño mayor. No me parece que debemos pretender la total absolucion del cargo, pues pudo el libro salir á luz más castigado; pero tampoco hallo justo que se acepte toda la culpa, pudiendo ser atenuada. Sepan, pues, los que pretendan censurarle, que mejores caracteres no los hubo, y que Cervántes Salazar jamás entró á la imprenta, hallándose ocupado en los estudios teológicos á que ahora se dedica; en enseñar la retórica, de que es catedrático, y en escribir otras obras de mucha mayor importancia. Escribiendo de ordinario en horas sueltas lo que ves añadido á Vives, vino á alargarse más de lo que se figuraba, y resultó un volúmen más grueso de lo que debiera. He satisfecho á todo, y á fe que con verdad. Tú que antes culpabas al profesor, únete á mí desde ahora para defenderle; pues los que atestiguan lo dicho son discípulos suyos que le han tratado familiarmente, y por lo mismo hay de ello testigos numerosos é irrecusables. Adios.




JOANES PAULUS BRISSENSIS

TIPOGRAPHUS,

LECTORI SALUTEM.

Cum nihil perinde optarem, candide Lector, auspicio et expensis Cæsaris Mexici Academia erecta, quam ut ex chalcographica officina nostra aliquid prodiret quo et humaniores litteras, quæ in dies magnis profecto accesibus florent, juvarem, et optime proinde de scholasticis mererer, votis multo quidem melior accessit. Cervantes Salazarus, vir, ut cætera omittam quæ non epistolam sed librum petunt, eloquentia singulari et extemporalitate haud temere credibili; qui non solum doctissimis et eo nomine dignissimis suis Elucidationibus, quibus anfractus, ambages in via perplexa et innaccessa feliciter explicuit, solvit et superavit, Vivem illustratum excudendum nobis tradidit; verum quam proxime ad ipsum accedens, ejusdem consilium sequutus, septem adjecit Dialogos, quibus ludos quosdam qui Vivi deerant, et internam externamque Mexicum docte adeo et facunde conscripsit, ut non dicere, sed rem ob oculos possuisse videatur. Quæ tu omnia, quoniam sat scio expertus, majora esse longe quam dixerim comperies, verbum non amplius addam. Illud tamen omissum nolo, laboribus ut alienis fruaris, non invidias, et conatus nostros, qui semper in rem tuam inclinant, ne unquam contemnas. Bene vale.



EL IMPRESOR

JUAN PABLOS, DE BRESCIA,

AL LECTOR.


Cuando, fundada ya en México la Universidad, bajo los auspicios y á expensas del Emperador, nada deseaba yo tanto, lector amigo, como que saliese de nuestra oficina tipográfica algo que por ser de provecho para las buenas letras, que cada dia florecen con tan grandes aumentos, fuese tambien útil á los escolares, se cumplió con exceso mi deseo. Porque Cervántes Salazar, persona de rara elocuencia, y dotada de tal habilidad para improvisar, que es temeridad creerlo (dejando aparte sus demas prendas, que no pedirian una epístola sino un libro), no solo nos trajo á imprimir un Vives con comentarios doctísimos y muy dignos del autor, en que explica, aclara y resuelve los pasajes difíciles y equívocos en materia intrincada é inculta, sino que para acercarse más al modelo, y siguiendo el mismo plan, añadió siete Diálogos en que trató de ciertos juegos que faltan en Vives, y describió tan erudita y copiosamente la ciudad de México y sus alrededores, que no parece que describe, sino que pone las cosas á la vista. Y porque estoy cierto por experiencia, de que la obra es mucho mejor de lo que digo, no quiero añadir una palabra más. No dejaré, sin embargo, de decir una cosa, y es que para gozar de los trabajos ajenos, no has de verlos de mal ojo, y que nunca desprecies nuestras fatigas, enderezadas siempre á tu provecho. Adios.

JUAN PABLO DE BRESCIA



Impositus est finis huic operi, anno ab asserto in libertem genere humano millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto. Die vero sexta mensis Novembris.

Ex commissione Proregis et Archiepiscopi Mexicani probatum est opus Doctori Matheo Sedeño Arevalo, Decretorum Interpreti, et Magistro Alfonso a Vera Cruce, Theologiæ primario Moderatori, Mexici, anno, mense et die ut supra.



Acabóse la presente obra el dia seis de Noviembre del año de la Redencion humana de mil quinientos cincuenta y cuatro.

Por comision del Virey y del Arzobispo de México fué aprobada esta obra por el Dr. Mateo Sedeño Arévalo, Catedrático de Decreto, y por el Maestro Fr. Alonso de la Veracruz, Catedrático de Prima de Teología.— En México, dicho dia, mes y año.

